

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ecclesia x
cum fontibus proximo et primo

Ecclesia enim magis incipit esse uberrima
cum ad finem seculi erit perducta.

Tunc enim passionibus electorum cito implebitur numerus beatorum.

Cassiodorus super Psalmo XC.

Adhuc multiplicabuntur. Cassiodorus.
Ecclesia magis incipiet esse uberrima
cum ad finem seculi erit perducta.

tunc enim passionibus electorum cito implebitur numerus beatorum.

Glossa ordinaria, liber Psalmorum, 91 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Senecta hominum arida atque sterilis est;
ecclesia uero tunc magis incipit esse uberrima,
quando ad finem saeculi fuerit, domino miserante, perducta.
O senectus uiridis et floribus comparata maturitas!
apparet quoniam domus ista caelo tegitur,
in qua homines plantantur ut floreant.
In fine siquidem saeculi sanctorum numerus crescit
et persecutionibus crebris agitur,
ut cito praedestinatorum numerus impleatur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 91.14
(CCSL 98, M. Adriaen ed., p.841, ll.239-246).